UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

3. Rixas & contentiones domesticas sedat & pacem conciliat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46785

Visual Library

ALTERVM BENEFICIVM *corporale.*

In eo cernitur, quod his, quibus honeſtum coniugium propoſitum eſt, de tali ſponſo, aut ſponsâ prouident, vt alter alterius conditioni & affectioni reſpondeat: ſic ab Abrahâ docemur, qui ſeruum ſeniorem domus ſuæ conturbatum videns, de inuenienda vxore qualẽ, Iſaac filio familias quærere iubebatur, deſperantem, Non eſt, inquit, ꝙ angaris animo; *nã Deus, qui eripuit me de multis malis, ipſe mittet Angelum ſuum, & accipies vxorem filio meo.*

TERTIVM BENEFICIVM *corporale.*

Quod ſi in familia & domeſticâ gubernatione contentiones & rixæ ſurgant, idem pacem conciliat, & diſcordiarum inter cõiuges authorem diabolum ſupplãtat. Huius rei elegantiſſima figura deſcribitur in Tobiâ, vbi recenſetur; vixiſſe in ciuitate quadam Medorum fœminam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

çognomento Saram, filiam Raguelis in cuius cõplexu dœmõ Aſmodæus ſeptẽ viros ipſa nuptiarũ nocte occiderat. Cũ vero Tobias cõſilio Angeli ad eã ingreſſus eſſet, quanquã omnes facto mane hũc quoq; cæterorũ more præfocatũ ſuſpicabãtur, ꝓtectione tñ Angeli Raphaelis cõſeruat⁹ fuit, ac dœmone in Aegypti ſolitudine religato, ipſe cũ recenti vxore in ſemine Abrahę benedictionẽ ꝑcepit. Obſeruãdũ aũt, ꝙ Angel⁹ corã illo teſtatus eſt, ſeptẽ priorũ maritorũ mortẽ non aliũde ꝓueniſſe, q̄ ex prauo eorũdẽ affectu, vt q. ita libidini obſequebãtur, vt Deũ à mẽte ſuá ꝓrſus excluderẽt: *Tu aũt*, ſubiũgitur, *cum acceperis eam per tres dies continẽs eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cũ ea*; atq; hac ratione fugabitur dęmoniũ, & benedictioné conſequeris, vt filij ex vobis incolumes procreentur.

Quid faciendam coniungibus, vt cum fructu & mutuo ſalatio ſimul viuant.

QVARTVM BENEFICIVM corporale

Et quoniã quod potiſſimè in matrimonio deſideratur, proles eſt,

hác